

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. II. Solvuntur obiectiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

trinsecam ubicationem, omnésque modales entitatis tanquam essentia liter superflua, aliisque incommodis scatentes rejectas ex Philosophia suppono.

3. CONCLUSIO II. Loco violento conjugitur Angelus per passionem aliquam, quam ab illo recipit. Ita commun. Thomist.

Nam ratio essendi in loco Angelo non potest esse, nisi contactus virtutis, aut ergo constituitur in loco violento per operationem & contactum virtutis, quo ipse locum & corpus tangit, vel quo ipse à corpore tangitur & patitur. Non primum, quia sic contra hyothesin esset in corpore & loco connaturaliter, nam corpora sibi per operationem subjecere pertinet ad Angeli perfectiōnem: ergo secundum.

§. II.

Solvuntur objectiones.

4. Objicies primò. Prius est esse, quam operari, siquidem operari sequitur ad esse: ergo etiam Angelus esse in loco, est prius, quam ipsum operari in loco.

Confirmatur. Causam applicari subiecto est prius, quam ab ipsa formam educi e subiecto: sed Angeli operatio est educativa motus localis, aut alterius forma e subiecto: ergo presupponit illum esse applicatum & praesentem illi subiecto.

Respondeo distinguendo antecedens. Esse est prius, quam operari, in linea essendi, concedo, in linea operandi, nego. Etsi enim causa corporeas, in quibus applicatio ad locum sit per dimensionem corpoream, prius sit in loco, quam operentur in illo: hoc tamen in substantia Angelii locum non habet, quia solam habet quantitatem virtutis.

Ad Confirmationem Respondeo. Causam applicari est prius prioritate natura, & in aliquo genere, & quidem causae materialis, concedo, semper prioritate temporis, vel in omni genere etiam efficientis vel formalis, nego: ergo operatio Angeli presupponit applicationem in genere causae materialis, concedo, formalis vel efficientis, nego consequentiam.

Ideo operatio Angeli duo præstat munia inadæquata: primò quod sic conjunctiva & applicativa Angeli ad locum; secundò quod educativa forma e subiecto. Juxta primam considerationem presupponitur in genere causae materialis sibi ipsi ut accepta in posteriore consideratione.

Objicies secundò quasdam instantias: Nam primò. Quid agit Angelus in Cœlum Empyreum? Secundò. Quid patitur Asmodæus à decesso superioris Ægypti, ubi fuit ab Angelo Raphaële alligatus? Tertio. Quid anima PP. ante Christi passionem patiebantur à limbo, aut in illum operabantur. Quartò. Quid Angeli Custodes semper in & circa suos clientes, quos nunquam relinquunt, operantur? Quintò. Nec ostendi potest, quia sit operatio, quia etiam nunc animas infantum absque baptismo decedentium detinentur in Limbo? Sextò. Quanvis quasdam suos effectus anima Christi in inferno damnatum reliquerit, non tamen ad illum infernum de-

scendit; non ergo operatio est formalis ratio, cum substantia spiritualis sit in loco.

Respondeo ad 1. Angelis iuxta sup. dicta subi. productionem, seu educationem luminis, qua operatio est maximè proportionata. Cœlo empytro.

Ad 2. Respondeo, Asmodæus pati qualiter alligavit, ne se liberâ sua operatione illa transferre possit, modo inferioris explicando.

Ad 3. Videtur Sanctis illis Spiritibus concepsa operatio saltem perfectiva & illuminativa illum locum, in quo ante generis humani redemptionem morabantur.

Ad 4. Respondeo. Angelos Custodes feruntur materiali praesentiæ adesse suis clientibus, quia unum assidua ferunt corporis, tum anima periodicita sunt assidue Angelorum operations, quibus illa amoluntur, vel continendo imaginationem, vel excitando rerum bonarum species, vel prohibiendo nocivæ, &c. quod si aliquando circa circumferentiam suum Angelus nihil operatur, non ideo dicitur illum derelinqueret, adesset enim illi, non quidem localiter, sed quantum ad effectum Cœlestis: quia etiam cum est in Cœlo, cognoscit, quid circumvenientem agatur: nec indiget mora temporis ad motum localem, sed statim potest adesse. Inquit S. D. q. 113. a. 6. ad 3.

Ad 5. dico, etiam illas animas qualitate diligitive in & à suo limbo detinerti, non è tam ratione, quia animæ dannatae alligantur ab igne infernali. Ita enim ita alligantur ab igne latore, ut ab illo etiam patiantur violentam subjectionem suarum potentiarum, & impeditur operationum sibi connaturalium: animarum innocentium solùm adstringuntur, ne ad alia loca se determinare possint, absque epimedice violenta subjectione potentiarum & operationum connaturalium impedimento.

Ad 6. Respondeo distinguendo consequentiam: ergo operatio, per quam Angelus operatur in secundum immediationem virtutis (ut anima Christi in inferno damnatorum) non est ratio praesentiæ formalis, concedo, per quam operatur secundum immediationem tam suppeditati, quam virtutis, nego. Esto enim, quod Angelus non sit formaliter praesens per suam substantiam, cum tamen sit praesens secundum substantiam, illa solùm operatio potest praesentem constitueret, quia ab ipso procedit secundum immediationem tam suppeditati, quam virtutis.

Objicies tertio. Unum & alterum absurdum: Primò, quod Angelus omnem operationem suspensum est nullibi. Secundò, quod Angelus motor primi mobilis est in illa tota Sphæra, & sic implere posset universum.

Respondet ad 1. S. D. in 1. dist. 37. q. 4. ad 1. ad quartum dicendum, quod hoc non repugnat, conveniens, quod Angelus sine loco posse esse, non in loco, quando nullam operationem circa locum habet: nec est inconveniens, ut tamen non quod, vel in nullo loco esse dicatur. Inquit Sed hoc tamen non est imaginabile. Omimo responder S. D. quia imaginatio continuum non transcendit.

Ad 2. negatur sequela: quia non omnes partes sphaerae moverit immediatè secundum immediationem suppositi, nec applicatur virtus ejus, nisi ad id, quod primò ab ipso moveatur. S. D. hic q. 52. a. 2.

§. III.

Corollaria.

Inferes ex dictis physica quadam consecutanea. Primo. Supposito, quod in continuo dentur partes divisibiles minores & minores in infinitum, posse Angelum esse in loco minori & minori in infinitum; nec tamen posse esse in loco majori in infinitum. Ratio primi est, quia Angeli operatio transiens potest recipi in quacunque parte divisibili minori & minori in infinitum; sed Angelus ibi est, ubi operatur; ergo.

Ratio secundi est, quia tantum est spatium ab Angelo occupabile, quanta est sphaera activitatis ipsius; sed haec est limitata; ergo & illud.

Inferes secundò. Perfectiori Angelo respondere majorem; minus perfecto minorem locum. Ratio est eadem, quia quantum est perfectior Angelus, tanto perfectio est virtus operativa; ergo, tanto major sphaera activitatis, adeoque & locus, &c. Inferes tertio. Non posse eundem Angelum simul esse in duobus locis (1.) adaequatis, bene autem (2.) in duobus inadaequatis (3.) à se invicem. Intra sphaeram sive activitatis distantibus. Ratio primi est: quod si esset in duobus locis adaequatis, tota virtus activa ipsius esset & non esset exhausta. Esset, quia hoc est ei esse in uno loco adaequato, quod totam virtutem transeuntem operativam esse applicaram in tota sphaera activitatis. Non esset, quia eadem virtus applicaretur alteri loco.

Ratio secundi est, quia quodlibet spatium continentum in sphaera activitatis Angelica est subiectum ipsius liberae operationi, ut pro suo libitu posse in illo operari vel non operari: poterit ergo in uno & altero spatio operari, nihil agendo in partes medias & interiacentes, quo casu simul erit in pluribus locis inadaequatis. Quod ipsum saepius configit colligitur è S. Script. Cum Angelus occidit primogenita Aegypti Itraëlitas prætrahens; cum cæcitate perculit Sodomitas ab invictis dilantes; prostravit exercitum Sennachæ-

rib, &c. tunc enim operatio Angelii fuit recepta in partibus à se invicem discretis, atque distantibus.

Ratio tertii potissimum est, quod ex opposito sequeretur, posse Angelum simul esse in celo, terra, inferno, aliisque mundi partibus extremè distantis; da enim Sphæram Angelii continere spatium viginti milliarum, si illius partes pro libitu possit dividere, fieri, ut per unum milliare operetur in celo, per alterum in aere, per tertium in India, per quartum in Germania, & sic simul & semel loca distantissima occupent: atqui hoc est contra stylum S. Scriptura & SS. PP. è quibus discimus, Angelos à celo descendere & moveri in terras.

Inferes quartò. Plures Angelos ne quidem. Divinitus posse simul esse in eodem loco adaequato formaliter; bene autem in eodem materiali. Ratio primi est, quod juxta fundamenta Thomistica non possit etiam Divinitus idem numero effectus totaliter dependere à pluribus causis adaequatis ejusdem ordinis, quod sequeretur, si plures Angelii simul essent in eodem loco formaliter. Ratio secundi est, quod nihil vetat in eodem subiecto simul & semel à pluribus causis adaequatis recipi specie distinctas operationes; sed hoc est plures Angelos esse in eodem loco materiali. ergo.

Inferes quintò. Unum Angelum non posse, esse physicè præsentem in alterius Angelii essentia; quia physicus illapsus & operatio in substantiam Angelii DEO soli convenit, à quo Angelus in suo esse & conservari physicè dependet. Possunt tamen Angelii fieri sibi invicem præsentes vel per accidentes ratione corporum, quæ assument, aut in qua agunt; vel secundò morali quādam præsen-tiā, cum unus alteri loquitur, imperat, alium illuminat, &c.

Inferes sextò. Unum vel plures dæmones in corpore energumeni existere per suam operationem, non tantum, quæ tortquent corpus & membra obsecrati, sed etiam quæ coacervant & conservant in ejus corpore tales ac fortes puerolentes; cum quarum ejectione & vomiti plerumque exunt, quando per exorcismos coguntur. Aliando etiam in toto corpore, aliquando in uno, altero tamen membro operationem exercent, ibique resident. Hincmarus in vita S. Remigii refertur, dæmonem à sancto Pontifice expulsum cum ingenti vomitu & foctore per idem os egressum fuisse, per quod intraverat.

ARTICULUS III.

Quomodo Angelii moveantur localiter.

SUMMARIUM.

1. Quid sit motus continuus & discretus Angelii?
2. Angelus non tantum per accidens, sed etiam per se movebitur localiter.
3. Probatur motus continuus Angelii.
4. Probatur ejusdem motus discretus.
5. Motus discretus non requirit transitum mediū.
6. Ordo statim mundi non obest motui discreti Angelii.
7. Motus discretus Angelii non est medium inter terminos, sed ex illis compontur.
8. Disparitas inter transitum à tempore ad tempus, & à loco ad locum.

R. P. Mezg. Theol. Schol. Tom. I.

S. I.

Exponitur motus continuus Angelii.

Quemadmodum Angelus non nisi metaphori- cè & per suam operationem est in loco; ita etiam non aliter movebitur, quam suam virtutem diversis corporibus applicando, & operationem

K k 2